38. Non enim uno-die centum *(yojana)* ibit te præter alius vir hìc.

Adita a te Bhaimia, tuque a Bhaimiâ, terræ-domine,

39. Non in hoc dubium a te faciendum, congredere cum uxore.—

Sic loquente Vento verò florum-pluvia cadebat,

40. Deorum tympana sonabant, flabatque zephyrus secundus.

Hoc mirissimum tuitus, Nalus rex tum, Bhàrate,

41. De Damayantiâ suspicionem illam detraxit hostis-domitor.

Deinde illam vestem expertem-pulveris induit terræ-regnator,

42. Recordatus serpentum-regem illum, deinde nactus est suam speciem.

Suâ-formâ præditumque conjugem tuita Bhìmi-filia tum,

43. Clamavit clarè, amplectens Punyaslòcum, non-spreta.

भैमीमपि नलो राजा भ्राजमानो यथा पुरा ।
सस्वजे स्वसुतौ चापि यथावत् प्रत्यनन्दत ॥४४॥
ततः स्वोरसि विन्यस्य वक्त्रं तस्य शुभानना ।
परीता तेन दुःखेन निश्श्वासायतेक्षणा ॥४५॥
तथैव मलदिग्धांगी परिष्वज्य शुचिस्मितां ।
सुचिरं पुरुषव्याघ्रस्तस्थौ शोकपरिप्लुतः ॥४६॥
ततः सर्व्वं यथा वृत्तं दमयंत्या नलस्य च ।
भीमायाकथयत् प्रीत्या वैदर्भ्या जननी नृप ॥४७॥
ततो ऽब्रवीत् महाराजः कृतशौचमहं नलं ।
दमयंत्या सहोपेतं कल्यं द्रष्टा सुखोषितं ॥४८॥

वृहदश्व उवाच ॥

ततस्तौ सहितौ रात्रिं कथयंतौ पुरातनं ।
वने विचरितं सर्व्वमूषतुर्मुदितौ नृप ॥४९॥
गृहे भीमस्य नृपतेः परस्परसुखैषिणौ ।
वसेतां हृष्टसंकल्पौ वैदर्भी च नलश्च ह ॥५०॥
स चतुर्थे ततो वर्षे संगम्य सह भार्य्यया ।
सर्व्वकामैः सुसिद्धार्थो लब्धवान् परमां मुदं ॥५१॥
दमयंत्यपि भर्त्तारमासाद्याप्यायिता भृशं ।
अर्द्धसंजातसस्येव तोयं प्राप्य वसुन्धरा ॥५२॥
सैवं समेत्य व्यपनीय तन्द्रां शान्तज्वरा हर्षविवृद्धसत्वा ।
रराज भैमी समवाप्तकामा शीतांशुना रात्रिर्
इवोदितेन ॥५३॥

॥०॥ इति नलोपाख्याने ॥० २४ ०॥

Bhaimiam qnoque Nalus rex, splendens sicut antè,

44. Amplexus est, suis-liberisque etiam congruè blanditus est.

Deinde, suo-pectori postquam admoverat os illius pulchro-vultu *prædita*,

45. Affecta illo dolore suspiravit longis-oculis *prædita*.

Ita quoque luto-oblitam (204*) amplexus sereno-risu *præditam*,

46. Perdiu hominum-princeps stabat mœrore-affectus.

Deinde universum sicut factum Damayantiæ Naliqne

47. Bhîmo narravit cum gandio Vaidarbhiæ-genitrix, regnator.

Deinde dixit magnus-rex, splendidnm (205) Nalum

48. Cum Damayantiâ adgressnm manè tuitus, qui benè-pernoctaverat, *cum* (206)

VRIHADASVUS DIXIT.

Deinde ambo simul noctem, narrantes pristinam

49. In sylvâ-errationem totam, traduxerunt læti, rex.

In domo Bhîmi hominum-domini, alter-alterius-voluptatem-cupientes,

50. Habitant lætâ-mente Vaidarbhiaque Nalusque.

Is quarto ab illo *tempore* (207) anno, congressus cum uxore,

51. Omnibus-optatis benè-instructus, (208) nactus (*est*) eximium gaudium.

Damayantia quoque, conjugem adgressa, crescens facta valdè,

52. Semi-natis-fructibus veluti aquam nacta terra.

Ea nempe congressa (cum conjuge), depositâ lassitudine, sedatâ-difficultate, gaudio-amplificato-spiritu *prædita*,

53. Splendebat Bhaimia impetratis-optatis, lunâ nox veluti ortâ.

वृहदश्व उवाच ॥

अथ तां व्युषितो रात्रिं नलो राजा स्वलंकृतः ।
वैदर्भ्या सहितः काले ददर्श वसुधाधिपं ॥१॥
ततोऽभिवादयामास प्रयतः श्वशुरं नलः ।
ततोऽनु दमयंती च ववन्दे पितरं शुभा ॥२॥
तं भीमः प्रतिजग्राह पुत्रवत् परया मुदा ।
यथार्हं पूजयित्वा च समाश्वासयत प्रभुः ॥३॥
नलेन सहितां तत्र दमयंतीं पतिव्रतां ।
तामर्हणां नलो राजा प्रतिगृह्य यथाविधि ॥४॥
परिचर्य्यां स्वकां तस्मै यथावत् प्रत्यवेदयत् ।
ततो बभूव नगरे सुमहान् हर्षजः स्वनः ॥५॥
जनस्य संप्रहृष्टस्य नलं दृष्ट्वा तथागतं ।
अशोभयंत नगरं पताकाध्वजमालिनं ॥६॥
सिक्ता सुमृष्टपुष्पाढ्याः राजमार्ग्गाः स्वलंकृताः ।
द्वारि द्वारि च पौराणां पुष्पभंगः प्रकल्पितः ॥७॥
अर्च्चितानि च सर्व्वाणि देवतायतनानि च ।
ऋतुपर्णोऽपि शुश्राव वाहुकच्छद्मिनं नलं ॥८॥
दमयंत्या समायुक्तं जहृषे च नराधिपः ।
तमानाय्य नलो राजा क्षमयामास पार्थिवं ॥९॥
स च तं क्षमयामास हेतुभिर्बुद्धिसंमितः ।
स सत्कृतो महीपालो नैषधं विस्मिताननः ।
उवाच वाक्यं तत्वज्ञो नैषधं वदतां वरः ॥१०॥

LIBER VICESIMUS QUINTUS.

VRIHADASVUS DIXIT:

Tum, illâ traductâ nocte, Nalus rex benè-ornatus
1. Cum Vaidarbhiâ simul, tempore, vidit terræ-regnatorem.
Deinde salutavit purus socerum Nalus,
2. Post eum (209) Damayantia quoque salutavit patrem fausta.
Illum Bhîmus excepit filii-instar eximio cum gaudio;
3. Sicut dignum postquam honoraveratque (*cum*), consolatus est præcellens
A Nalo comitatam ibi Damayantiam conjugi-devotam.
4. Illum honorem Nalus rex postquam acceperat ad-normam,
Servitudinem suam illi congruè declaravit.
5. Tum erat in urbe permagnus gaudio-natus sonitus
Hominum lætorum, Nalo viso sic adgresso.
6. Ornabant urbem vexillis-*et* sertis instructam, (210)
Irrigatæ, benè-purgatæ-floribus *instructæ* (211) regiæ viæ benè-ornatæ;
7. Ad portam ad portamque (212) civium florum-contritio facta, (212*)
Honorataque omnia Deorum-altaria etiam.
8. Rituparnus quoque audivit de Vàhuci-specie-induto Nalo
Damayantiæ adjuncto, gavisusque est hominum-regnator.
9. Apud hunc, adducto, Nalus rex excusavit *se*, principem.
Hicque apud eum excusavit *se* rationibus intellectu-præditus.
Hic hospitio exceptus terræ-custos Naishadho obstupefacto-vultu (is)
10. Dixit sermonem, scientiæ-gnarus Naishadho, facundorum decus:

दिष्ट्या समेतो दारैः स्वैर्भवानित्यभ्यनन्दत ।
कच्चित् तु नापराधं ते कृतवानस्मि नैषध ।
अज्ञातवासं वसतो मद्गृहे वसुधाधिप ॥११॥
यदि वा बुद्धिपूर्व्वाणि यद्यबुद्ध्यापि कानिचित् ।
मया कृतान्यकार्य्याणि तानि त्वं क्षन्तुमर्हसि ॥१२॥
नल उवाच ॥
न मे ऽपराधं कृतवांस्त्वं स्वल्पमपि पार्थिव ।
कृते ऽपि च न मे कोपः क्षन्तव्यं हि मया तव ॥१३॥
पूर्व्वं ह्यपि सखा मे ऽसि संबन्धी च जनाधिप ॥१४॥
अत ऊर्द्ध्वं तु भूयस्त्वं प्रीतिमाहर्त्तुमर्हसि ।
सर्व्वकामैः सुविहितैः सुखमस्म्युषितस्त्वयि ॥१५॥
न तथा स्वगृहे राजन् यथा तव गृहे सदा ।
इदं चैव हयज्ञानं त्वदीयं मयि तिष्ठति ॥१६॥
तदुपाकर्त्तुमिच्छामि मन्यसे यदि पार्थिव ।
एवमुक्त्वा ददौ विद्यामृतुपर्णाय नैषधः ॥१७॥
स च तां प्रतिजग्राह विधिदृष्टेन कर्मणा ।
गृहीत्वा चाश्वहृदयं राजन् भाङ्गासुरिर्नृपः ॥१८॥
निषधाधिपतेश्चापि दत्वाक्षहृदयं नृपः ।
सूतमन्यमुपादाय ययौ स्वपुरमेव ह ॥१९॥
ऋतुपर्णे गते राजन् नलो राजा विशांपते ।
नगरे कुण्डिने कालं नातिदीर्घमिवावसत् ॥२०॥
॥०॥ इति नलोपाख्याने ॥० २५ ०॥

Macte! congressus cum uxore tuâ tu; sic gratulatus est;
An non offensionem tibi feci, Naishadhe?

11. Incognitâ-habitatione (213) habitanti in meâ domo, terræ-regnator,
Si, consilio-præcedente, si sine-consilio etiam quæpiam
12. A me facta non-facienda, hæc tu condonare velis.

NALUS DIXIT:

Non mihi offensionem fecisti tu, perparvam quoque, rex;
13. Factâ etiamque, non mihi ira; condonandum enim a me tibi.
14. Antè quoque amicus meus eras (214) propinquusque, hominum-regnator;
Ab hoc *tempore* in posterum quoque rursus tu gaudium afferre velis.
15. Cum omnibus-optatis benè-constitutis jucundè sum moratus apud te.
Non sic in propriâ-domo, rex, sicut in tuâ domo semper.
16. Hæcque sanè equorum-scientia tua in me stat,
Eam dare (215) volo, si putas, rex.
17. Sic fatus, dedit scientiam Rituparno Naishadhus,
Illeque eam accepit cum normam-tuito facto.
18. Postquam acceperatque, rex, equorum-scientiam Bhângâsuris regnator,
Nishadhorum-regnatorique postquam dederat talorum-scientiam rex,
19. Aurigâ alio assumpto, ivit in suam-urbem quoque.
Rituparno profecto, rex, Nalus rex, agricolarum-domine,
20. In urbe Cundini tempus non valdè-longum habitavit.

वृहदश्व उवाच ॥
स मासमुष्य कौन्तेय भीममामंत्र्य नैषधः ।
पुरादल्पपरीवारो जगाम निषधान् प्रति ॥१॥
रथेनैकेन शुभ्रेन दन्तिभिः परिषोडशैः ।
पंचाशद्भिर्हयैश्चैव षट्शतैश्च पदातिभिः ॥२॥
स कंपयन्निव महीं त्वरमाणो महीपतिः ।
प्रविवेश सुसंरब्धस्तरसैव महामनाः ॥३॥
ततः पुष्करमासाद्य वीरसेनसुतो नलः ।
उवाच दिव्याव पुनर्वहु वित्तं मयार्जितं ॥४॥
दमयंती च यच्चान्यन्मम किंचन विद्यते ।
एष वै मम संन्यासस्तव राज्यं तु पुष्कर ॥५॥
पुनर्प्रवर्त्ततां द्यूतमिति मे निश्चिता मतिः ।
पणेनैकेन भद्रं ते प्राणयोश्च पणावहे ॥६॥
जित्वा परस्वमाहृत्य राज्यं वा यदि वा वसु ।
प्रतिपाणः प्रदातव्यः परमो धर्म्म उच्यते ॥७॥
न चेद्वांछसि त्वं द्यूतं युद्धद्यूतं प्रवर्त्ततां ।
द्वैरथेनास्तु वै शांतिस्तव वा मम वा नृप ॥८॥
वंशभोज्यमिदं राज्यमर्थितव्यं यथातथा ।
येन कनाप्युपायेन वृद्धानामिति शासनं ॥९॥
द्वयोरेकतरे बुद्धिः क्रियतामद्य पुष्कर ।
कैतवेनाक्षवत्यां वा युद्धे वा नाम्यतां धनुः ॥१०॥

LIBER VICESIMUS SEXTUS.

VRIHADASVUS DIXIT.

Ille mensem moratus, Cauntèye, Bhìmo salutato, Naishadhus

1. Ex urbe *cum* paucis-famulis ivit Nishadhos versùs.
Cum curru uno splendido, cum elephantis sedecim,
2. Cum quinquaginta equisque etiam, sexies centumque equis.
Iste, tremere faciens quasi terram, festinans terræ-dominus
3. Intravit benè-lætus cum celeritate quoque magnanimus.
Deinde, Pushcarum adgressus, Vìrasèni-filius Nalus
4. Dixit: Ludamus iterum; multæ divitiæ a me acquisitæ.
Damayantiaque quodque aliud mihi ullum noscitur,
5. Id meum pignus, tuum regnum verò, Pushcare.
Iterum versator ludus; sic meum certum consilium;
6. Pignore uno, salus tibi, de vitisque ludimus. (216)
Vincendo aliûs-proprio capto, aut regno aut gazâ,
7. Contra-ludus dandus eximium officium appellatur.
Nisi cupis tu ludum, pugnæ-ludus versator.
8. Singulari certamine sit placatio aut tua aut mea, rex.
Hereditarium hoc regnum petendum quoquo modo,
9. Quâcunque etiam viâ; senum sic dictum.
Duorum in altero consilium fito hodie, Pushcare,
10. Lusu in talorum-ludove, in pugnâve tenditor arcus.—

नैषधेनैवमुक्तस्तु पुष्करः प्रहसन्निव ।
ध्रुवमात्मजयं मत्वा प्रत्याह पृथिवीपतिं ॥११॥
दिष्ट्या त्वयार्ज्जितं वित्तं प्रतिपाणाय नैषध ।
दिष्ट्या च दुष्करं कर्म्म दमयंत्याः क्षयं गतं ॥१२॥
दिष्ट्या च ध्रियसे राजन् सदारो ऽद्य महाभुज ।
धनेनानेन वै भैमी जितेन समलंकृता ॥१३॥
मामुपस्थास्यति व्यक्तं दिवि शक्रमिवाप्सराः ।
नित्यशो हि स्मरामि त्वां प्रतीक्षे ऽपि च नैषध ॥१४॥
देवनेन मम प्रीतिर्न भवत्यसुहृद्गणैः ।
जित्वा त्वद्य वरारोहां दमयंतीमनिन्दितां ॥१५॥
कृतकृत्यो भविष्यामि सा हि मे नित्यशो हृदि ।
श्रुत्वा तु तस्य ता वाचो बहुबद्धप्रलापिनः ॥१६॥
इयेष स शिरश्छेत्तुं खड्गेन कुपितो नलः ।
स्मयन् तु रोषताम्राक्षस्तमुवाच ततो नलः ॥१७॥
पणावः किं व्याहरसे जितो न व्याहरिष्यसि ।
ततः प्रावर्तत द्यूतं पुष्करस्य नलस्य च ॥१८॥
एकपाणेन वीरेन नलेन स पराजितः ।
स रत्नकोषनिचयैः पाणेन पणितो ऽपि च ॥१९॥
जित्वा च पुष्करं राजा प्रहसन्निदमब्रवीत् ।
मम सर्व्वमिदं राज्यमव्यग्रं हतकण्टकं ॥२०॥
वैदर्भी न त्वया शक्या राजापसद वीक्षितुं ।
तस्यास्त्वं सपरीवारो मूढ दासत्वमागतः ॥२१॥

A Naishadho sic compellatus verò Pushcarus ridens quasi,

11. Certam suam victoriam putans, respondit terræ-domino.

Felicitas! a te acquisitæ divitiæ ad contra-ludum, Naishadhe;

12. Felicitasque! difficile-factu factum Damayantiæ ad occasum profectum;

Felicitasque! constas, rex, cum-uxore hodie, magnis-brachiis *prædite*.

13. Divitiis his sanè Bhaimia lucrifactis ornata

Mihi adstabit certè, in cœlo Sacro veluti Apsaras. (216*)

14. Semper enim recordor te, exspecto etiamque, Naishadhe;

Ludo mihi gaudium non est cum non-amicorum-turbis.

15. Lucrifactâ verò hodie venustâ (217) Damayantiâ non-spretâ,

Contentus ero; ea enim mihi semper in corde.—

16. Auditis verò ejus his vocibus multum-*et* insanum-garrientis,

Voluit ille caput scindere ense iratus Nalus;

17. Subridensque irâ-rubris-oculis illi dixit tum Nalus:

Ludimus; quid loqueris? victus non loqueris.—

18. Deinde versabatur ludus Pushcari Nalique;

Uno-ludo ab heroe Nalo ille victus,

19. Cum gemmarum-auri-acervis ludo lucrifactus etiamque.

Victoque Pushcaro, rex ridens hoc dixit.

20. Meum totum hoc regnum, imperturbatum, occisis-hostibus.

Vaidarbhia non a te potest, regis-serve, spectari;

21. Ejus tu cum-famulis, stulte, ad servitudinem adgressus.

न त्वया तत् कृतं कर्म्म येनाहं विजितो पुरा ।
कलिना तत् कृतं कर्म्म त्वं तु मूढ न बुध्यसे ॥२२॥
नाहं परकृतं कोपं त्वय्याधास्ये कथंचन ।
यथासुखं वै जीव त्वं प्राणानवसृजामि ते ॥२३॥
तथैव सर्व्वं संभारं स्वमंशं वितरामि ते ।
तथैव च मम प्रीतिस्त्वयि वीर न संशयः ॥२४॥
सौहार्द्दं चैव मे त्वत्तो न कदाचित् प्रहास्यति ।
पुष्कर त्वं हि मे भ्राता संजीव शरदः शतं ॥२५॥
एवं नलः सांत्वयित्वा भ्रातरं सत्यविक्रमः ।
स्वपुरं प्रेषयामास परिष्वज्य पुनः पुनः ॥२६॥
सांत्वितो नैषधेनैवं पुष्करो प्रत्युवाच ह ।
पुण्यश्लोकं तदा राजन्नभिवाद्य कृतांजलिः ॥२७॥
कीर्तिरस्तु तवाक्षय्या जीव वर्षायुतं सुखी ।
यो मे वितरसि प्राणानधिष्ठानं च पार्थिव ॥२८॥
स तथा सत्कृतो राज्ञा मासमुष्य ततो नृपः ।
प्रययौ स्वपुरं हृष्टः पुष्करः स्वजनान्वितः ॥२९॥
महत्या सेनया सार्द्धं विनीतैः परिचारकैः ।
भ्राजमान इवादित्यो वपुषा भरतर्षभ ॥३०॥
प्रस्थाप्य पुष्करं राजा वित्तवंतमनामयं ।
प्रविवेश पुरं श्रीमानत्यर्थमुपशोभितं ॥३१॥
प्रविश्य सांत्वयामास पौरान् स निषधाधिपः ।
पौरजानपदाश्चापि संप्रहृष्टतनूरुहाः ॥३२॥

Non a te illud perfectum factum, quo ego victus antè,

22. A Cale illud perfectum factum, tu verò, stulte, non noscis.

Non ego ab alio-factum crimen tibi attribuam ullo modo.

23. Ad-libidinem vive tu, vitam remitto tibi;

Ita qnoqne omnes facultates, propriam tuam partem, condono tibi.

24. Sic etiamque voluptas mea in te, heros, non dnbium,

Amicitiaque etiam mea a te non unquam discedet.

25. Pushcare, tu enim meus frater, vive annos centum.—

Sic Nalus consolatus fratrem verâ-vi *prœditus*,

26. In suam-urbem misit, amplexus iterum iterum.

Consolatione affectus a Naishadho sic, Pushcarus respondit

27. Pnnyaslòco tum, rex, postquam salutaverat, cum conjunctis manibus:

Gloria sit tibi incorruptibilis, vive annos-infinitos (218) lætus,

28. Qui mihi condonas vitam oppidumque, rex.

Ille sic hospitio affectus mensem postquam habitavarat, tum rex

29. Ivit in suam-urbem lætus Pushcarus, familiâ-sequente,

Magno cnm exercitu simul, cum demissis servis,

30. Splendentis instar solis, (219) corpore, Bharatorum-princeps.

Postquam dimiserat Pushcarum rex, opulentum, incolumem,

31. Intravit urbem felix snpra-modum ornatam.

Postquam intraverat, consolatus est cives ille Nishadhorum-regnator.

32. Cives-rusticique etiam arrectis-pilis (*gaudio*)

ऊचुः प्रांजलयः सर्व्वे सामात्यप्रमुखा जनाः ।
अद्य स्म निर्वृता राजन् पुरे जनपदे ऽपि च ।
उपासितुं पुनः प्राप्ता देवा इव शतक्रतुं ॥३३॥
प्रशान्ते पुष्करे हृष्टे संप्रवृत्ते महोत्सवे ।
महत्या सेनया राजा दमयंतीमुपानयत् ॥३४॥
दमयंतीमपि पिता सत्कृत्य परवीरहा ।
प्रास्थापयदमेयात्मा भीमो भीमपराक्रमः ॥३५॥
आगतायां तु वैदर्भ्यां सपुत्रायां नलो नृपः ।
वर्त्तयामास मुदितो देवराडिव नन्दने ॥३६॥
ततः प्रकाशतां यातो जंबुद्वीपे सराजसु ।
पुनः शशास तद्राज्यं प्रत्याहृत्य महायशाः ।
ईजे च विविधैर्यज्ञैः विधिवच्चाप्तदक्षिणैः ॥३७॥
॥०॥ इति नलोपाख्यानं समाप्तं ॥०॥

Dixerunt cum conjunctis manibus omnes, cum-consiliariis-præcipuis homines:

Hodie securi *sumus*, (220) rex, in urbe, rure etiamque,

33. Cultum rursus profecti, Dii veluti Satacratum.—(221)

Sedato Puscharo læto, præterlapsâ magnâ-festivitate,

34. Magno cum exercitu rex Damayantiam adduxit.

Damayantiam nempe pater, beneficiis postquam affecerat hostium-heroum-occisor,

35. Dimisit magnanimus (222) Bhîmus timendâ-vi.

Adgressâ verò Vaidarbhiâ cum liberis, Nalus rex

36. Vivit lætus, Deorum-rex veluti in Nandano. (223)

Deinde, ad præeminentiam profectus in Jambudvîpo inter alios reges, (224)

Rursus regebat illud regnum, postquam recuperaverat, magnâ-gloriâ *præditus*,

37. Sacrificabatque variis sacrificiis ad normam etiam rectis.(225)

ADNOTATIONES.

(1) Sanscrite, *Nishadhâh*, pluralis a Nishadha. Regio hæc eadem esse videtur ac *Nishadha-râshtra* et *Nishadha-dèsa*, de quibus vide: Wilford, *List of mountains, rivers, countries, from the Purâna's and other books*. Asiat. Res. t. 8.—Voces *râshtra* et *dèsa* regionem significant.

(2) Vox अक्ष frequentius talum significat, non vero in hoc loco sensum istum habere videtur, quanquam talorum ludo regnum suum Nalus perdidit; quia post reiteratam solum fratris Pushcari provocationem ad ludum invitus descendit, et quia non verisimile, ad celebrandum, talorum amicum poetam eum appellare.

(3) ईप्सित participium præteritum passivum est radicis आप्, *impetrare*, in derivata, desiderium experimente forma.

(4) Hujus regionis urbs a poeta nostro Cundina, Vidarbha-nagarî (i. e. Vidarbhorum urbs) et Vidarbhà nominatur, et eadem ac Vaidarbha (Burra-Nagpoor, secundum doctiss. Wilford) esse videtur.

(5) Patronymicum Yudhishthiri, cui fabula hæc a Vrihadasvo narratur.

(6) Pronomen तद् modo articuli Græci apud Homerum, quocum in origine convenit, emphasis causa sæpissime ponitur, quamobrem non semper latine a nobis redditum.

(7) मध्यम, a मध्य, *medium*, formatum, mediam corporis partem exprimit, itaque adjectivum femininum सुमध्यमा pulchro medio corpore præditam significat, *(of slender waist)*. Particula सु, bene, pulchre, sicut Græcum *ευ* nominibus præfigitur.

(8) Sachi uxor est Indri, Deorum inferiorum principis. Vide Asiat. Res. t. 1, et Moor, *Hindu-Pantheon.*

(9) Patronymicum a patris Bhîmi nomine derivatum.

(10) विद्युत् et सौदामिनी secundum *Amara-côshum* ambo fulgur significant. Teste Nilacantho adjectivum सौदामिनी a सौदामन derivatur, nomine collectivo, quod ipsum a सुदामन् (annui pluviosi temporis nubes) venit. Tales nubes ita appellari dicit, quia valde mundo vitam dant. Sunt nempe ejus verba: सौदामिनी प्रावृषेण्यमेघसंबंधिनी ॥ सुष्ठु जगतो जीवनं ददति ते सुदामानो मेघास्तेषां समूहः सौदामनः प्रावृट्कालः तत्संबंधिनी ॥ साहि अत्यंतं द्योतमाना भवतीति प्रसिद्धं ॥ विद्युत् सौदामिनी ergo fulgur est, quod de annui pluviosi temporis nube procedit.

(11) Srî cognomen dei Vishnu uxoris Lacshmî, felicitatis et pulchritudinis deæ. (Vide Moor, *Hindu-Pantheon* et Asiat. Res. t. 1.) Yacshi ministri sunt Cuvèri, divitiarum dei.

(12) I. e. Pulchra quoque, si cum Diis comparatur.

(13) Voces शार्दूल (tigris) et ऋषभ (taurus) in compositione principem significant. Vide Amar.

(14) मूर्त्तिमान् (corporeus) Candarpi, dei amoris, usitato nomini अनंग (*Ananga,* expers corporis) oppositum est.

(15) Nali cognomen, ab ejus regni nomine formatum.

(16) Ad verbum, non-visus-amor, i. e. amor, qui videndo non procreatus.

(17) Yudhishthiri patronymicum, a matris Cuntî nomine formatum.

(18) जातरूपपरिष्कृतान् सुवर्णपक्षान्. Sic scholiastes explicat.

(19) Ad verbum, tui carum, i. e. quod tibi carum. Genitivus

pronominum personalium pro possessivis in Sanscrito usitate ponitur.

(20) Vidarbha-nagarî, i. e. Vidarbhorum-urbs, *Cundina* alibi nominata. Regionum nomina usitate pluralis numeri in Sanscrito sunt.

(21) De Asvinis dicit illustris W. Jones: " Sùrya (*sol*) is be-" lieved to have descended frequently from his car in a human " shape, and to have left a race on earth, who are equally re-" nowned in the Indian stories with the Heliades of Greece. It " is very singular that his two sons, called Aswinau or Aswinî-" cumàrau, should be considered as twin brothers, and painted " like Castor and Pollux; but they have each the character of " Æsculapius among the gods, and are believed to have been " born of a nymph, who, in the form of a mare, was impregnated " of sunbeams." Asiat. Res. t. I.

(22) Gandharvi cœlestes cantatores sunt, qui Indri-cœlum (*Indra*-loca) præcipue suavi suo cantu resonant. Ràcshasi, Deorum hostes, cum Gigantibus valde conveniunt. Serpentes apud Indos magna veneratione gaudent, urbem in tartaro *Bhogavati* dictam habent.

(23) स्वस्थ in se-stans, i. e. sui compos.

(24) चिंतापर compositum e चिंता, *cogitatio*, et पर, *eximius*, *præcipuus*, proprie significat, " cui cogitatio præcipua *res*, qui præcipue cogitationi addictus." Sicut पर ejus derivata परम *et* परायण construuntur. Primum vide in eodem hoc *sloco*, alterum p. 166, sl. 1.

(25) नरेश्वरे नलनिमित्तं ॥ Sic scholiastes.

(26) स्वयंवर e स्वयं, *ipse*, et वर, *electio*, compositum, puellæ propriam conjugis electionem indicat. Sequentis *sloci* distichon secundum, in primo dimidio syllabam continens nimiam, cum metro non convenit; omnes tamen, quos contulimus, codices hac in re inter se consentiunt.

(27) इतो, pro इतस्, per suffixum तस्, quod ejusdem significationis est ac Latinum *tus* in cœlitus, divinitus &c. ex इ, quod pronominis tertiæ personæ stirpem esse puto, formatum est. Cum autem इ grammatici Indici pro pronomine non habeant, paucis hæc est materia illustranda. इ mutatum in ए, quod, ut nomine Sanscrito utar, vocalis इ *guna* est, subjungendis terminationibus भिः, भ्यः, षां, षु, casus एभिः, एभ्यः &c. format; sicut in Latino quoque e-um, e-i &c. pro i-um, i-i dicitur, aut in nominativo i-s pro e-s. Adjuncta syllaba अं, cum ए ante vocalem euphoniæ causa in अय् mutetur, ab ए nominativus अयं derivatur. Nam syllaba अं variis pronominibus adjungitur, non in nominativo solo, sed in aliis quoque casibus. Secundæ personæ pronominis, ut exempla adferam, in singulari stirps est तु, quod cum Latino *tu*, cum Græco *συ* aut *τυ* convenit; adjuncta syllaba अं formatur nominativus त्वं, quia ante vocalem उ in व mutatur. Terminatione भ्यं subjuncta, a stirpe तु dativus तुभ्यं derivatur, quod a Latino tibi (pro tu-bi) suffixa syllaba अं præcipue se distinguit; तुभ्यं enim e tu-bhi-am explicari potest, propter euphoniam mutato इ in य्. Eodem modo मह्यं, si e ma-hi-am explicas, a mihi differt. Nunc ad pronomen इ redeundum, ut de ejus neutro इदं pauca dicamus. Hoc, si cum pronominibns Latinis i-dem et qui-dam comparas, subjuncta syllaba दं explicabis. Cum autem Sanscritum इदं in nominativo et accusativo sing. gen. neut. solum occurrat, et दं nullis aliis subjunctum pronominibus inveniatur, dubium est, an ex इद् suffixo अं non potius explicandum sit.

Pronomen ए, pro इ, cum सः, सा, तद् conjunctum, format एषः, एषा, एतद्; nam स propter præcedens ए secnndum euphoniæ regulam in ष mutatur. Suffixo तर ab इ इतर, *alius*, suffixo दानीं इदानीं, *nunc*, formatur, quod voci

तदानीं, *tum*, oppositum est; suffixo दृश् (a radice दृश् *videre*) ab इ ईदृश्, *talis*, derivatur, mutata vocali brevi in longam, sicut a किं et तद् कीदृश् et तादृश् formantur. Denique, si conjunctio यदि a यद् venit, sicut ejusdem significationis conjunctio Germanica *wenn* a relativo *wer*, चेत् aut चेद्, *si*, non improprie e neutro इद् aut इत्, præcedente particula च, explicari potest, sicut certe नेत्, *nisi* e न et इत् compositum est.

(28) Cognomen Indri.

(29) Balus et Vritrus duo Ràcshasi sunt, quos Indrus occidit. Vide n. (22).

(30) Vocis compositæ elementa sunt: त्यक्त *relictus*, जीवित *vita*, et योधिन् *pugnans*; sensus est, " qui in pugna ad vitam relinquendam paratus."

(31) Càmadhuc, significans, " e qua mulcendo optata impetrantur," cognomen Surabhis abundantiæ vaccæ, quæ dei Indri esse dicitur.

(32) Cshatriyi nominantur, qui e regio aut militari tribu.

(33) Cshatriyorum animæ in pugna occisorum Indri cœlum (Indra-lòca), ut Brahmánica docet religio, adeunt; quam ob rem eos hospites suos Indrus appellat.

(34) Sacrus cognomen est Indri, potentem significans.

(35) Orientis, meridiei, occidentis et septentrionis Indra, Yama, Varuna et Cuvèra, plagarum intermediarum, Agni, Nairrita, Vayu et Isana sunt custodes. Vide Moor, *Hindu Pantheon*.

(36) Cognomen Anangi, cor commoventem significans. Vide n. (14).

(37) Genitivus pro dativo in Sanscrito frequentissime ponitur.

(38) यथातथं adverbium e यथा, *sicut*, et तथा, *ita*, formatum. Sensus hic videtur, *sicut veritas*; nam a तथा substantivum तथ्यं *veritas* derivatur. Analoge cum adverbio nostro repeti-

tione vocis यथा यथायथं, *congrue*, formatur, quod Amar. exhibet.

(39) Ad verbum, " quorum magnus Indrus primus." Voces आदि et आद्य, *primus*, nominibus subjunguntur, ubi e variis rebus unius et primæ solummodo exempli gratia mentio fit, et hac in constructione circa sensum Latinæ locutioni, *et cetera*, respondent. Locus noster itaque verti potest, " mundi custodes, ut magnus Indrus," aut, " magnus Indrus &c." Vide quoque p. 32, sl. 39.

(40) अन्यतम unus (e multis) a primitivo अन्य superlativi sufixo तम formatum. Subjuncto comparativi suffixo तर formatur अन्यतर, unus e duobus, sicut Latinum al-ter eodem snffixo a stirpe *al*, a qua al-ius et obsoletum al-is quoque derivantur, formatum est. In codice Par. legitur एकतमं, ab एक *unus*, formatum, cujus comparativus, ut ita dicam, एकतर (ἑκα-τερος), unus e duobus.

(41) अर्हति, dignus est, ut verbum auxiliare ad precandum frequentissime ponitur, et Latino *velit* optime reddendum est.

(42) Cognomen Damayantiæ, a patriæ nomine derivatum.

(43) Ad verbum, " noscere cupio tui." Infinitivus, qui verbi casum usitate regit, hic aliorum substantivornm modo constructus videtur, quasi, " cognitionem cupio tui."

(44) Scholiastes प्रणयं per voces परिणयनं विवाहं explicat, quam ob rem verbum प्रणयस्व, scil. मां, secundum commentarium, (a radice नी ducere,) *uxorem duc*, vertimus.

(45) Hutasa *qui edit quod sacrificatur*, cognomen est dei Agnis.

(46) Yamus, ad quem hic spectat *slocus*, deus est justitiæ et mortis, tartari rex atque judex defunctorum. Vide Moor, *Hindu Pantheon.*

(47) Daityi et Dànavi dæmones sunt, quorum alteri a matre Diti, alteri a patre Danu, nomen habent. Vide Moor, *Hindu Pantheon.*

(48) Varunus, aquarum deus, plagæ occidentalis custos.

(49) Scholiastes महाकक्षं per महांतं राजद्वारप्रवेशं explicat.

(50) Scilicet Damayantiæ mandatum.—भवन्तस् vocativus est vocis भवत्, (nom. भवान्) quæ loco secundæ personæ pronominis reverentiæ causa frequentissime ponitur, semper autem cum verbi tertia persona.

(51) Casus locativus dictus non semper commorationem in loco, sed motionem versus locum non raro exprimit. Vide p. 92, sl. 9, p. 94, sl. 25, &c.

(52) रंग in lexicis, quæ consuluimus, hac cum significatione non invenitur, sæpe autem in Mahàbhàrato positum occurrit, ubi hunc sensum babere videtur.

(52*) Bhogavatì urbs serpentum in tartaro.

(53) शोभंते tempus præsens est, ob convenientiam cum præcedente verbo दृश्यंते, quod sensum præteritum a particula expletiva स्म accipit.

(54) Dativus मे emphasis causa repetitur.

(55) Patronymicum a Yudhishthiri patris nomine, *Pandu*, formatum.

(56) Patronymicum a *Curu*, qui e Yudhishtbiri majoribus.

(57) अंतरात्मना casus instrumentalis est, qui *cum* nonnunquam exprimit. E variis vocis अंतर significationibus, quas clariss. Colebrooke in vocabulario suo enumerat, sensus, *proprius*, hic unice convenit. Cum autem neutrum अंतरं substantive positum intervallum et medium significet, cum indeclinabile अंतर् et casus instrumentalis अंतरेण adverbialiter positus, sensum *inter*, *in medio*, habeant, adjectivum अंतर *interior* etiam significare, verisimile est. Si ita res se habet, " cum læto interiori (aut intimo) animo," melius vertes.

(58) I. e. implorarunt Deos.

(59) Gressus est sensus primitivus vocis गत्ति, (a गम् *ire*), quæ perfugium quoque significat. Ita in Bhagavat-gito deus Vishnu eximium perfugium nominatur. In Ramàyano sequentes versus leguntur:

न पिता नात्मजो नात्मा न माता न सखीजनः ।
इह प्रेत्य च नारीणां पतिरेको गतिः सदा ॥

" Nec pater, nec filius, nec anima, nec amicarum-turba,
" Hic, post mortemque, feminarum solum perfugium conjux semper."

(60) Cognomen Agnis, dei ignis.

(61) Vide n. (39).

(62) Vide Gramm. Sansc. clariss. Wilkins, p. 556, § 1055, et p. 558, § 1062.

(63) Asvamèdha equi sacrificium est. Nàhushus patronymicum e Nahusha, Yayàtis regis patre.

(64) आप्तदक्षिण compositum est ex आप्त *impetratus* et दक्षिण, cujus sensus primitivus est *dexter*, a quo sensus tropicus, *rectus*, derivatur. Vox composita itaque significaret, " a quo, quod rectum, impetratum, i. e. quod rectum est." Cum आप्त autem *aptus* quoque significet, vox composita *apte-rectum* etiam exprimere potest, quod cum भूरिदक्षिण (valde-rectum), quod p. 68, sl. 14, occurrit, conveniret.

(65) Dvàpara et Cali nomina duorum *yugorum* (ævorum) sunt; hic autem istis nominibus duo dæmones designantur.

(66) Ita in Mahàbhàrati libro हिडिंबवध inscripto, quem germanice vertimus, quinque Pàndavi, cum quibus mater Cuntì, मातृषष्ठाः (matre-seni) appellantur. Vox *àkhyàna* in Amaracòsho non invenitur; secundum ethymologiam historiam aut narrationem significat.

(67) Vide n. (51).

(68) Pushcarus Nali regis frater est.

(69) Sensus est obscurus. Si in scholiaste fiducia ponenda, vocibus गवां (gen. pl. a गो) et वृषो tropice poeta utitur, prima talos, altera eximium talum designante. Ita quoque in sequente *sloco* वृषेन per अक्षमुख्येन explicatur.

(70) नायमस्ति नष्टो ऽस्ति ॥ Sic sensum scholiastes explicat.

(71) Codicem Par. hic secuti sumus; in aliis legitur: वार्ष्णेयमानयामास, quod cum sequente casu instrumentali minus congruit.

(72) स्थ stans, a radice स्था, in compositis solum occurrit, et cum Latino suffixo *stus* in *modestus* (in modo stans), *justus* (in jure stans) comparandum est.

(73) Scholiastes explicat: विनशेत् विनश्येत् नल इति शेषः ॥

(74) Urbs Vidarbhorum.

(75) मुख्यशः मुख्येषु ॥ Sic scholiastes. I. e. Adverbium मुख्यशः hic ad substantivum नलामात्येषु, non vero ad verbum est referendum.

(76) आत्मन् *anima* pro pronomine tertiæ, secundæ et primæ personæ ponitur; itaque hic quoque, "sermonem salutarem meum," verti posset. Vide p. 56, sl. 16; p. 76, sl. 57; p. 50, sl. 31.

(77) उद्दिश्य participium est adverbiale dictum, quod potius gerundium nominari voluerim, quia re vera gerundii naturam habet. Cum terminatione त्वा usitate occurrit, quando radicem autem præpositio præcedit, syllabis य aut त्य exit. Præteritam frequentissime habet significationem, non raro vero, ut hic quoque, præsentem. Hic enim non vertere potes, *postquam monstraverat*, sed, *monstrans*, aut, *in monstrando*, quia, dum digito monstrabat, dixit, "Hæc via Vidarbhorum est," &c. Gerun-

dium in त्वा, me putante, casus instrumentalis est abstracti substantivi in तु, cujus accusativus infinitivum producit. त्यक्तुं et त्यक्त्वा a substantivo त्यक्तु ambo derivantur, alterum ejus casus secundus, alterum tertius est, sicut supina Latina, *amatum* et *amatu*, accusativus et ablativus abstracti nominis *amatus* sunt. Casus tertius usitate *per* exprimit, quamobrem gerundium nostrum Latini gerundii ablativo nonnunquam respondet, ut p. 144, sl. 13: "Visibile hoc reddam numerando *vibhîtacum*;" non verti potest, "postquam numeravero," quia numerato *vibhîtaco* res jam visibilis est, et fiat non necesse est. Casus tertius *post* non raro exprimit, ut अचिरेण कालेन, post breve tempus; quo fit, ut sensum præteritum gerundium in त्वा habere possit, et usitate habeat: कृत्वा, postquam fecit, i. e. post actionem faciendi. Frequentissime denique *cum* casus tertius exprimit, quamobrem participio præsente gerundium Sanscritum non raro reddi potest, nam *monstrans dixit* idem est ac *cum monstrando*, si ita Latine dici posset. Notandæ quoque locutiones, अलं भुक्त्वा, अलं कृत्वा &c., quod idem est ac अलं भोजनेन अलं कारणेन; nam अलं casum instrumentalem regit.

Primæ declinationis nomina masculina et neutra अ pro आ in casu instrumentali habent. Si autem रामेन cum हरिना et विधुना comparo, in quibus terminationem आ interpositum न præcedit, illud quoque ab origine vocali longa terminatam esse non possum quin existimem. Nam आ propria est casus tertii terminatio, a grammaticis Indicis talis agnota, न in रामेन interpositum est, sicut in हरिना et विधुना, neque ad stirpem, neque ad casus suffixum pertinens; अ breve, quo forma primitiva राम terminatur, in ए mutatum, sicut in रामेषु, रामेषां, &c. Eodem modo gerundia in य et त्य, quæ a nominibus abstractis in ई et ति derivari videntur, ab origine या et त्या scripta esse puto. Facillime levis hæc mutatio

locum habere potuit, quia in uno casu solo illa sunt gerundia usitata, quam ob rem non sine quadam ratione adverbia appellari possunt.—Plura de hoc in comparatione conjugationis Sanscritæ cum Græc. Lat. Persica, &c. diximus. (*Conjugations-system der Sanskrit-sprache, &c.*)

(78) Proprie, " relinquendi-cupiditate *affectus*." Cum nominum compositorum membra initialia casuum terminationes abjiciant, infinitivi quoque म् finale, quod accusativum designat, abjiciatur necesse est.

(79) Scholiastes explicat: यद्यपि पूजयिष्यति तथापि त्वं सुखं नो वत्स्यसि वासं करिष्यसि श्वशुरगृहवासस्य नीचतावहत्वात् ॥ " Si etiam honorabit, sic quoque tu læte non habitabis (non habitationem facies), in soceri-domo-habitantis propter humilitatis adductionem;" i. e. propter dedecus in soceri domo habitandi. Hæc interpretatio absurda mihi videtur, quia conjugi, ut sensus clare indicat, Damayantia persuadere vult, ut cum ipsa Cundinum petat, ibique in Bhîmi regis domo habitet. Genitivus pluralis pronominis primæ personæ नो esse potest, scil. pro नः, ita ut vertas, " læte habitabis in nostra domo." Si autem negativum est, sententia interrogativa est certe intelligenda.

(80) Veste privato conjugi propriæ vestis dimidium Damayantiam dedisse poeta hic supponit.

(81) Ad verbum, cujus animæ mens moerore quassa.

(82) किं नु nonnunquam pro कच्चित् ponitur, quod neutrum est obsoletum, कद् aut कत्, cum particula चित् conjunctum.

(83) Quia infinitivus Sanscritus passivum non habet, præcedente verbo auxiliari aut participio sensus passivus indicatur. Nunquam sine præcedente शक्यते aut शक्य infinitivum cum passiva significatione invenimus: शक्नोति जेतुं, potest vincere, शक्यते जेतुं aut शक्यो जेतुं, potest vinci, aut quasi, ut ita

dicam, potitur vincere. शक्य est participium in sensu cum Latino in *dus* conveniens.

(84) अवस्त्रता abstractum substantivum est, per suffixum ता ab अवस्त्र, *expers-vestis*, formatum. Eodem modo ab एकवस्त्र एकवस्त्रता derivatur.

(85) Sensus præteritus præcedente पुरा indicatur, quod sæpe tempus præsens post se habet.

(86) सती participium præsens fem. est, a radice अस् *esse*. सत्, bonum, castum, quoque significat.

(87) Âdityi, Vasavi (a *Vasu*), Rudri et Maruti geniorum ordines sunt, quorum definitum quivis numerum amplectitur. Vide Moor, *Hindu Pantheon*. De Asvinis, vide n. (21).

(88) I. e. ad uxorem retrahitur.

(89) द्विधेव e द्विधा *dupliciter* et इव *veluti* secundum euphoniæ regulas contractum.

(90) गतक्लम ad verbum, " a quo profecta lassitudo."

(91) तथा सत्यं यत् स्वयंवरे उक्तं त्वां न त्यक्ष्यामीति॥ Sic scholiastes.

(92) Versus idem in libro हिडिंबवध inscripto legitur, et in multis aliis Mahàbhàrati locis hæc locutio occurrit.

(93) I. e. ante tempus a fato constitutum.

(94) श्वापद् in Amara-côsho non invenitur, frequentissime autem in Mahàbhàrato occurrit. *Chàndàlorum* forsan epitheton est, qui श्वपचाः (canes, i. e. caninam carnem, coquentes,) quoque appellantur. Vid. Amar. E श्वन् *canis*, quod in compositis in श्व mutatur, et आपद् *adiens* explicari potest. Derivari quoque potest a श्वन् et पद् *pes*. Nam श्वन् ante classem दन्त, ad quam पद् pertinet, in श्वा mutatur. श्वापद् itaque caninos pedes habentem significaret.

(95) Relativi repetitio in Sanscrito sensum Latini *quisquis* producit, et modo analogo demonstrativum तद् usitatur. Vide

p. 26, sl. 12. ततस्ततः itaque *semper* aut *iterum iterumque* hic significare videtur.

(96) अजगरो ग्राहः serpens aquaticus speciei *ajagara* dictæ.

(97) विजन p. 130, sl. 5, et p. 174, sl. 11, quoque substantive positum invenitur.

(98) बुद्धिलाभादूर्ध्वं मां विना कथं भविष्यसि कथं जीविष्यसि ॥

(99) मृदुपूर्व्वं "Cujus, scil. sermonis, quod præcessit, suave," significare quoque potest, ut gestus, risus &c.

(100) Mlèchi appellantur barbari et omnes qui Brahmànicæ religionis præcepta non sequuntur.

(101) Nomina arborum et plantarum, quæ in Amara-còsho videnda.

(102) Vox शत proprie centum significat, hic autem ad copiam indefinitam exprimendam posita.

(103) *Pisàchi* dæmonum genus. De Ràcshasis vide n. (22).

(104) Nominativus चत्वारो वेदाः &c. hic absolute positus; sensus est: "e quatuor bene perlectis Vèdis, &c. veritatem unice unam esse, intelligitur." सविस्तर proprie, *quod cum extensione*, hic, "cum eo quod ad Vèdos pertinet, quod eos illustrat," forsam significat. De Angis et Upangis, vide *Asiat. Res. t.* 1. *on Hindu Literature.*

(105) Vocem च्यात in lexicis non invenitam e conjectura reddidimus.

(106) Scilicet tigris.

(107) Radicem शी non modo dormire, sed jacere quoque significare, e p. 104, sl. 3, apparet.

(108) Codicem Par. cui codex J. Bengalicis literis consentit, hic secuti sumus. In aliis codicibus pro यात्येतां यामिमां legitur, quod, me putante, convenientem sensum non præbet.

Codex H. यामीमां exhibet, quod etiam in codice C. stetisse et in यामिमां versum videtur.

(109) केतुभूतं, quod vexillum est aut factum est. भूत participium est a radice भू, *esse*, *fieri*, per suffixum त formatum. Talia participia significationem passivam et præteritam habent, non raro vero activam quoque, præteritam et præsentem. Itaque भूत significare potest, quod factum est, quod fuit,, et, quod est. भूत in compositis *similis* etiam significat, quam ob rem केतुभूतं *vexillo simile* quoque verti potest.

(110) *Cinsuca*, Butea frondosa, *Asòca*, Jonesia Asòca. R. *Vacula*, Mimusops Elengi; *Punnàga*, Rottlera tinctoria. R. Mss. *Carnicàra*, Pterospermum acerifòlium aut Pentapetes acerifolia; *Dhava*, Lythrum fruticosum; *Placsha*, ficus venosa. (Secundum clariss. Colebrooke.)

(111) राजन् in compositis semper in राज mutatur, primam sequens declinationem, quam ob rem hic विदर्भराजा nominativus esse non potest, sed forma primitiva विदर्भराज cum अधिपति est composita.

(112) *Rajasúya* sacrificium est, quod, ministrantibus tributariis regibus, universali potitus imperio rex perficit.

(112*) E गृहीत, *captus*, et नामन्, *nomen*, compositum; sensus *celeber* esse videtur.

(113) Asclepiadis acidæ succum bibere sacra Indorum scripta valde commendant.

(114) Vide n. (102).

(115) स्व proprie possessivum tertiæ personæ est, frequenter autem pro secunda et prima etiam ponitur, ut Latinum *suus*, quod ejusdem originis esse videtur, in Pandectis pro *noster* invenitur.

(116) सत्य, *verus*, et संधा, *promissum*, adjectivum सत्यसंध, *cujus promissa vera*, formant.

(117) *Amrita* Deorum alimentum est, quod immortalitatem præbet.

(118) आश्वासयतेति वहुत्वं वक्तुर्वैक्लव्यान्न दोषावहं ॥ " Pluralis आश्वासयत propter loquentis anxietatem non vitium adducens." In codice Par. आश्वासय च legitur, quod præferendum.

(119) E पत्त्र *folium* et आहार *cibus* compositum.

(120) वल्कल cortex, hic vestis e cortice confecta.

(121) शाखामृग in clariss. Colebrooke vocabulario, p. 118 invenitur, non vero in indice exhibitum.

(122) Vox प्रतिष्ठा in Forsteri Bengal. lexico explicatur: " *approbation*, *fame*;" itaque adjectivum compositum nostrum pulchra fama præditum significat.

(123) तपस् proprie tormentum significat, quod flagrante devotionis studio anachoretæ sibi infligunt.

(124) Genitivus वो ad भगवतां referendus.

(125) Vide n. (123).

(126) Vide n. (75).

(127) Vide n. (116).

(128) I. e. Vedorum Angi, scripta, quæ ad Vedos spectant. Agunt de pronuntiatione, grammatica et prosodia, de obscuris vocabulis, de ritibus religiosis et astrologia.

(129) Proprie, lacrymis oblita voce. संदिग्ध participium est præt. pass. a radice दिह्, præcedente particula सं.

(130) *Asòca* expertem mœroris significat, quam ob rem arbor hæc Vitasòca quoque, quod ejusdem sensus est, appellatur.

(131) Vide n. (130).

(132) *Vètasa*, arundinum species.

(133) Scholiastes explicat: पांशुयुक्ताः ध्वस्ताः मुक्तबंधाश्च शिरोरुहाः केशाः यस्याः ॥

(134) Yacshi et Ràcshasi feminina Sanscrita sunt vocum, Yacsha et Ràcshasa. Vide n. (11) et (22).

(135) सार्थवाह proprie est, comitatum-ducens.

(136) वहुतिथ per suffixum तिथ, quod ordinalia format, a वहु *multus* derivatum.

(137) मद् humorem significat, qui elephantorum ardore veneris inflammatorum e temporibus stillat.

(138) I. e. A currentibus elephantis eversæ arbores viam diruerunt.

(139) Proprie adcurrentes. Omnes pæne, quæ verbis præfiguntur, præpositiones nonnunquam superfluunt.

(140) Sequens distichon in codice Par. cui codex J. Beng. lit. consentit, differt. Legitur in iis :

तथा तन्निहतं सर्व्वं समृद्धं सार्थमण्डलं

Versus sequentes, usque ad अथापरेद्युः, (slo. 35) in ambobus desunt.

(141) संसक्तावत् per suffixum वत् a संसक्त (contiguus) formatum, sicut बलवत् *multum, valde*, (vide Amar. p. 367) a बल.

(142) *Vaisravana* patronymicum est Cuvèri, divitiarum dei, cujus ministri Yacshi sunt.

(143) I. e. Cultus eorum, qui constanter Deos non colunt, et primus Diis oblatus cultus, cultus non appellandi sunt.

(144) Avium volatum omini esse Indis, *slocus* hic clare probat.

(144*) लोष्टभिः a neutro लोष्टन् (nom. लोष्ट).

(145) मृयते (tertia pers. sing. præs. pass.) hic impersonaliter positum est.

(146) Pronomen relativum in Sanscrito, sicut in Latino, conjunctionis vice sæpe fungitur.

(147) ममान्तिकं, in meam præsentiam; अन्तिक a primi-

tivo अन्ति, (*αντι*, ante,) cujus usus se in Sanscrito non conservavit, per suffixum क derivatum videtur.

(148) Accusativus नाद्यूपं hic adverbialiter positus, sicut अज्ञातवासं (vide p. 112, sl. 19, et p. 184, sl. 11).

(149) प्रसादतलं प्रसादोपरि ॥ Sic scholiastes.

(149*) यत्र सायंकालस्तत्र प्रतिश्रयो गृहं यस्यास्तां ॥

(150) महातपस् e महत् *magnus*, quod in compositis in महा mutatur, et तपस् compositum. Vide n. (123).

(150*) Quando *dasa* Nalus dixit, serpens eum momordit. Dasa in Sanscrito *decem* et *morde* significat.

(151) In codice Par. शत्रुभ्यो legitur.

(152) Urbs Ayodhya, hodie Oude nominata, p. 177, sl. 28, Còsola appellatur.

(153 Scilicet *suvarni*, secundum commentarium. *Suvarnus* quædum auri mensura est. (Vide Amar.) Commentarii verba sunt: शतं शताः । शतानि । मासिकं वेतनं दश सहस्र सुवर्णा इत्यर्थः ॥

(154) Substantivum प्रज्ञा *mens* in clariss. Coleb. Amara-còshi indice non indicatur, p. 28, autem invenitur.

(155) अद्दतरं दमयंत्या मिथ्या प्रतिज्ञत्वं स्वस्यानुसं धायेयमुक्तिः ॥

(156) Ad verbum, fame-siti-affectis-membris *Damayantia.*

(157) Vide n. (94).

(158) Scholiastes explicat: अयं ब्राह्मणभोजनं तदर्थं ह्रियंते राजधनात् पृथक् क्रियंते ॥ In codicibus P. et J. Beng. lit. अग्रहारं legitur, quod præferendum, quia ut adjectivum ad ग्रामं referri potest.

(159) मात्र emphasis causa, in compositis præcipue, frequenter ponitur. In *Amara-còsho* hoc per अवधारण explicatur; eodem

modo enim particulæ तु हि वै वा पुनर् &c. ubi, *certe, re vera,* significant, interpretantur. Secundum clariss. Colebrooke मात्र *solum* quoque significat, ज्ञातमात्रे ergo, " cognita *re* sola," verti posset. P. 64, sloc. 39, legitur उक्तमात्रे तु वचने, ubi certe मात्र emphasis causa positum: " simul ac dictus erat sermo."

(160) Sensus esse videtur, " cum regi annuntiaretur, purum, i. e. felice constellatione, esse diem." Sic p. 24, sl. 1, legitur: तिथौ पुण्ये &c. " die lunari puro, momento ita," i. e. puro.

(161) Neglecto habitu, pulvere lutoque se obducens, Damayantia acrem suum mœrorem palam fecit.

(162) Vide n. (11.)

(163) Vide n. (36).

(164) Lunam deficientem a Rahu dæmone, serpenti postremo corpore simili, voratam mythologia fingit. Vide Moor, *Hindu Pantheon*, et Abraham Roger, *la porte ouverte pour parvenir à la connoissance du paganisme*, p. 54 et 55.

(165) केशान्त proprie comarum finem significat.

(166) Rohinì Pleiadum constellatio, in mythologia e Dacshi filiis una, uxor dei *Chandra* (lunæ), qui ex ea Rauhinèyum (Mercurium planetam) genuit.

(166*) Proprie, e regno lapsus. Sic p. 120, sl. 37, legitur, भ्रष्टा ज्ञातिभ्यो, lapsa, i. e. separata, a propinquis.

(167) मया ad युक्तो est referendum.

(168) A deo Brahman (nom. Sansc. Brahmà).

(169) वाह a radice वह्, *vehere*, equum, scil. qui vehit, significat; a वाह वाहिन् derivatur, equis, aut vehentibus instructus; itaque नरवाहिन् viris vehentibus instructum significat.

(170) हाहाभूत adjectivum ex interjectionibus हा हा et participio भूत compositum. (Vide n. (109).

(171) I. e. Cur neque sustentas neque tueris uxorem.

(172) Cognomen Rituparni, ab ejus regni nomine formstum.

(173) वरवर्णिनी, *quæ e præclaro tribu est*, compositum e वर, *eximius*, *præclarus*, et वर्णिन्, a वर्ण, *tribus*, derivatum. Oppositum est voci विवर्ण, *qui e humili tribu est*. Cum वर्ण colorem quoque significet, compositum nostrum pulchro colore præditum etiam exprimere postest.

(173*) जितस्वर्ग ad verbum, a quo victum cœlum.

(174) Vide n. (72).

(175) परिभ्रष्टसुख significare potest, " cujus gaudium lapsum," ut हृतराज्य, cujus regnum captum, et, " qui lapsus e gaudio."

(175*) Suffixum तस् sæpe ablativi terminationis vice fungitur; vox ततः autem pro genitivo quoque ponitur. Sic p. 182, sl. 2, legis ततोऽनु pro तस्यानु; nam præpositiones अनु et पश्चात् genitivum regunt. ततो पश्चात् itaque, post hoc, scil. tempus, significat.

(176) कामग compositum est e काम *desiderium*, *libido*, et ग *iens*, quod in compositis solum occurrit.

(177) Scholiastes explicat: शुद्धान् हृदावर्त्तादिदुष्टावर्त्त हीनान् ॥ Vocem आवर्त्त notam hic significare, e contextu apparet. Vide quoque sl. 16, ubi आवर्त्त secundum commentarium subintelligitur.

(178) Ad verbum, *viam eundum*. गंतव्यं, scil. अस्ति, hic impersonaliter cum casu activi positum est. Scholiastes explicat: अध्वानं निःशब्दं महत् दूरे ॥

(179) Hunc *slocum* codices P. et J. Beng. lit. non exhibent. scholiastes quoque observat, in codicibus nonnullis eum non inveniri. Vide n. (177).

(179*) मोहयन् nominativus sing. est, quanquam ad pluralem हयोत्तमाः pertinet.

(180) Scholiastes explicat: अन्ततः निर्णयेण ॥

(181) समतिक्रान्तो ad पटस् pertinet. (Lege transita pro transitum). Sensus est: vestis, quæ transcursu nostro *yojanum* (8 milliaria Angl.) a nobis abest, non afferri potest.

(182) *Vibhitaca*, Terminalia belerica, secundum clariss. Colebrooke.

(183) *Cotis* numerum 10,000,000 exprimit.

(184) उनशतं undecentum significat, ut उनविंशति undeviginti &c.; itaque पंचोनं शतं quinque minus centum significare videtur. In grammaticis et lexicis non invenitur.

(185) शापाग्निर्दमयंतीनिसृष्टः स विषरूपः अनात्मवान् हृदयशून्यो मूढ इत्यर्थः ॥

(186) Ad verbum, veneno-soluto-animo *Calis.*

(186*) अप्रशस्त non-benedictus.

(187) Vide n. (57).

(188) Vide n. (159).

(189) Nali equi, quos per Vàrshnèyum aurigam Damayantia Cundinum miserat.

(190) Currus strepitum tonitru putarunt. Scholiastes explicat: मेघध्वनितभ्रमात् चुक्रुशुः ॥

(191) अनीचानुवर्त्ती परस्त्रीषु क्लीव इत्यर्थः ॥

(192) स्त्रीमंत्रं secundum codicem C. edimus, alii श्रीमंतं exhibent; in codicibus P. et J. Beng. lit. distichon अकस्मात् &c. distichon तं भीमः &c. sequitur, et intermedii desunt versus.

(193) *Yojanum* octo milliaria Anglica amplectitur.

(194) नैतदेवं । एतत् एतस्मिन् काले । एवं विचार्यन् व्यसज्जीयत् ॥

(195) Cognomen Rituparni, ab ejus regni nomine formatum.

(196) I. e. Damayantia quæ non alia quam Nalus, quæ una cum eo est.

(197) In codicibus P. et J. Beng. lit. pro वै त्वमानुषं दिव्यमानुषं legitur.

(198) यथासंगं et यथासुखं composita sunt classis अव्ययी भाव. Vide gramm. clariss. Wilkins, p. 556, § 1055, et p. 558, § 1060.—Vocem संचार scholiastes per द्वार explicat.

(199) अनेकशः adverbium per suffixum शस् ab अनेक *varius* (non-unus) formatum. Vide n. (75).

(199*) Locativus अग्रे hic motionem versus locum exprimit. Vide n. (51).

(200) Vide n. (146).

(201) Locativus अग्नौ (in igne) hic ante ignem aut super igne exprimit, nuptiæ enim Indorum coram sacro igne perficiuntur. Vide Abrabam Roger, *la porte ouverte, &c.* p. 59.—पाणिग्रहणं (manus-prebensio) conjugium significat. Vide Amar.

(201*) कृष्णसार e कृष्ण, *niger*, et सार, *essentia*, compositum, proprie significat, cujus essentia nigra.

(201**) अनुरूपं compositum classis अव्ययीभाव. Vide W. Gram. p. 558, § 1060.

(202) Vide n. (152.)

(203) Casus instrumentalis परेण a पर *altus, eximius,* hic adverbialiter positus videtur, analoge cum अंतरेण *inter,* et per præpositionem *super* non improprie forsan redditur; alibi tamen परेण hoc modo constructum non invenimus, quamobrem interpretatio nostra dubia est.

(204) अंतश् pro अन्तर् *inter*, in *medio*, secundum euphoniæ regulas.

(204*) Ad verbum, luto-oblitis-membris *Damayantiam*.

(205) कृतशौचमह compositum est e कृत *factus*, शौच, a शुचि *purus* derivatum, et मह, 1. lux. 2. festum. Sensus ejus non plane clarus est.

(206) *Slocus* hic superfluus videtur, quia in sequentibus versibus non refertur, quod Nalo Bhîmus rex dixit, sed, quod eorum congressum præcessit.

(207) Scil. a tempore, in quo regnum perdidit.

(208) Ad verbum, bene-perfectis-rebus (Nalus).

(209) In codice Par. तस्यानु legitur. Vide n. (175*).

(210) पताका et ध्वज ejusdem significationis sunt.

(211) Bene-purgatæ-floribus instructæ &c. Vide n. (39).

(212) I. e. ad omnes portas.

(212*) पुष्पभंग a commentario per पुष्पसंमर्द explicatur, et hic florum foliorum sparsionem designare videtur.

(213) अज्ञातवासं accusativus est, qui hic adverbialiter positus. Vide p. 112, sl. 19.

(214) Vide n. (85).

(215) उपाकर्तुं दातुं ॥ Sic scholiastes.

(216) प्राणयोश्च पणावहे युद्धमपि प्रवर्त्ततामित्यर्थः ॥

(216*) Apsarases cœlestes sunt saltatrices, ex Oceano natæ, eximia pulchritudine præditæ.

(217) वरारोहा proprie pulchro medio corpore præditam significat (*of slender waist*), e वर *eximius* et आरोह *medium corpus* compositum.

(218) Neutrum अयुतं primitive, *non-ligatum*, hic substantive positum *infinitum* significare videtur. In Amara-côsho non invenitur.

(219) इव rei, cui alia comparatur, semper postponitur; itaque hic non ad पष्कर sed ad आदित्य भ्राजमान est referendum.

(220) निर्वार्य्य, quod ejusdem ac निर्वृत्त originis est, a clariss. Colebrooke, *acting fearlessly*, interpretatur. Vide Amar.

(221) Cognomen dei Indra, significans, qui centum sacrificia perfecit.

(222) Proprie, immenso animo *prœditus*.

(223) Sic Indri hortus appellatur.

(224) सराजन् *con-rex*.—Jambudvìpa in *Puràni*s India nominatur.

(225) Vide n. (64).

FINIS.

E Typographia Cox et Baylis, Great Queen-Street,
Lincoln's-Inn-Fields.